

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Ad dialecticae & rhetoricae studium, item Erasmi de copia & chiliadum
lectionem hortatoria

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

faros esse, quod narrabis hospiti nostro Hieronymo Stauden, amico & uiro integerrimo: cuius animū in hoc luctu ut à mœrore omnib. officijs et suauitate sermonum abducatis, magnopere uos hortor. In ea re ad uestra officia meum studium adiungerem, si isthic essem. Nunc absens Deum eternum patrem Domini nostri Iesu Christi, conditorem generis humani & Ecclesiæ, oro, ut nunc adfirmet, se inter mœrentes, qui ipsum inuocant, habitare: seruet & regat Hieronymum, et cœlesti leticia petus eius exuscitet. Electionem magistratuum Academiæ opto faustam & felicem esse. Bene uale,
 O Aobris, Anno 1548.

BERNARDO MAVRO
 S. D.

Ad Dialecticæ & Rhetoricæ studium, item Erasmi de Copia & Chiliadum lectionem hortatoria.

Fœcunda fuit epistola tua, mi Bernarde, quæ senas unica literas hæctenus apud me tibi peperit. Illas uerò, siue tuarum literarum elegantia emerebatur, siue amicitia nostra, plurimi quidem fieti utrunque: hoc, quod ab amici officio absens in cecideris: illud, quod in literis adhuc tuis, hoc est, bonis, quibus antè solebas cum tecum agerem, uersari uideris. Quod cum re ipsa dignum est laude, tum pro
 usu

usu studiorum tuorum difficile. Sic enim existimo;
 magna ex parte ad impuras istas & indoctas lite-
 ras animum cogi tuum, quæ sole hoc tempore di-
 cuntur philosophicæ. Vincit enim persuasio homi-
 num nostrorum, ut *το γούνασται* bonorum stu-
 diorum degenerem quandam & dilutam philoso-
 phiam præscribant. Ibi si ingenio non uoles abui-
 tuo, & id quicquid est uel ocij uel temporis, lucrifacere reliquis studijs tuis: necesse admodum erit,
 acri iudicio rem adeò insynceram temperes, & a-
 stu quodam hanc Lernam adorare. Nam credemi-
 hi, alia est literarum ratio, qua ingenium, qua mo-
 res, qua rerum communium sensum erudias. Et pau-
 lum queso auoca animū à uulgi opinionibus, suorum;
 literas pede metire: tum intelliges, & impuras illas
 multis profectò modis noxias esse, & his honestis
 uerè illud ipsum *τὸ καλὸν* sua & natūa facie per-
 cipi, quam ferè res bonæ aliæ nube quadam tegūt,
 et nescio in quā *ἀειδὸς* *κρυβέτω* claudunt sole lite-
 ræ sub lucem, sub bonorum oculos *ἀνὲς ἄλλων* &
 non adulteratam tantum non undiq; conspicuam
 exponunt. Dolet animo, eas iacere literas, quibus
 deuictis, sacra omnia & prophana conspurcari cœ-
 perūt: quod ut intelligas, ab ipsis puericiæ rudimē-
 tis coniecturam cape. Publicus quondam mos fuit,
 percepta re grammatica, rhetorum curæ pueros
 commendare: quibus auctoribus, omni genere hu-
 maniorum

manorum studiorū alebantur. Sic uniuersa tracta-
 ri solebāt, ut eorum esset usus aliquis dicendo, iudi-
 cando. Exercebatur iuuetūs pulcherrima ratione,
 cum propositis thematis declamaret: qui labor &
 animū & uires augebat. Ibi suus literis honos con-
 stabat, ibi fructum literarū sentiebant scholæ. Quid
 enim refert commemorare, quā multa, quā felī-
 cia monumenta ex illis usq; scholis nostrā etas ha-
 beat? Rhetoribus successerunt, qui iuuentutem dia-
 lecticis illis inconditis, ut modestē dicam, imbuunt:
 quam sanē probaturus eram, si aliquem ipsi usum
 eorum agnouissent. Nam & dialectica amo: & sic
 mihi de illis uidetur, neminē rectē erudiri posse, qui
 non & illa discat, sed nugæ horum temporum no-
 lo, quibus factū est, ut pro Apostolicis literis, sophi-
 sticas habeamus: pro Nazianzenis, Augustinis, Ly-
 ranos, Carrucanos, Sententiariorū sex milia. Quos
 ut non est meum, nec in ordinem cogere, nec exi-
 mere numero: ita hoc, quanquam & fortiter & au-
 dacter satis, ausim dicere, parū admodum in ijs es-
 se, quod cum spiritu illo Euāgelicō rectē cōueniat.
 Ex quo grege sunt, quibus nondum satis Erasmus
 probatur, qui primus, etiā doctorū iudicio, Theo-
 logiam ad fontes reuocauit. Capnionem factio ista
 non est passa, à flammis, ab incendio pulcherrimas
 bibliothecas asserentem. Martinum Lutherum fer-
 re non potest, quod recta moneat. Aded ex uerē do-

etis nemo est, cui non fuerit haecenus ab audaci im-
 peritia periculum. Sed reflorescunt saure superum
 bone literæ, & erigunt sese passim. Quamquam ad-
 huc partes egregie suas tutantur, qui uulgo scho-
 lis *ἀντιομαρτα* philosophica pendunt: quæ si qua
 fortuna possent castigari & purgari, magna fie-
 ret accessio (sic enim uidetur mihi) bonis studijs.
 Ac nisi me fallit opinio mea, ex dialectica pendent
 omnia, quæ ut sunt initia studiorum, reliqua ex suo
 modo temperant. Vigeant literæ quondam, quum
 & illa esset salua, hoc est, cum paribus officijs diale-
 ctica & rhetorica iuuentutē erudirent. Iam explo-
 sa è scholis rhetorica, uide quàm sit exigua, quàm
 sit manca, quàm sit inutilis dialectica: ut uel hinc
 agnoscas, quanti referat, *οὐβρα δὲ ἐργουεῖο*.
 Est apud nos in Saxonibus uir quispiam iuxta bo-
 nus ac literatus, cui crebra est de rectis literis men-
 tio, qui per iocum rogatans quendam ex isto gene-
 re professorum, quàm sibi frugem uideretur ex A-
 nalyticis posterioribus Aristotelis fecisse? Tum il-
 le, architectona factum: qui nescio quas illic geome-
 tricas demonstrationes didicerat. Ridiculè quidem,
 sed uerè. Quid enim aliud peteret ex hoc tam ce-
 co & inadito specu, ut ne ad limina quidem tuto
 peruenire liceat? Id genus exempla si uoles, & à
 tuis pete. Perpauci enim sunt, qui hoc ipsum ge-
 nus studiorū intelligant, quo aluntur: sic enim abu-
 timur

rimur Musis. Quare uisum est mihi paucis, idq; o-
 biter tantum, notare, qui dialecticorum, qui rheto-
 ricorum usus sit: & illa quomodo è suis authori-
 bus peti commodè possint. Fortasse uidebor nu-
 gari aliquibus: sed ueniam mereor, qui hisce quali-
 buscunq; nugis in uiam reuocare studiosos conni-
 tor. Alioqui satius fuerit interim, si quid erat ocij,
 felicioribus nugis impendisse. Primum omnium, ut
 dialectica non ulla ratione alia discuntur, quam
 ut horum temporum moribus satisfiat: ita sunt qui
 rhetoricam arbitrantur modum epistolarum scri-
 bendarum, aut falsas principum laudes: ipsorum e-
 nim uerbis uior ubi, te quaeso, quid istis facias ho-
 minibus? Equidem hæc inuitus orator *ὁρῶσ' ἄρα*, et
 præter decorum attingo: sed admonitos oportet stu-
 diosos: & interim mei rationem non habebo, dum
 illi sapere incipient. Nam ut scias quæ sit ratio stu-
 diorum de quibus dico, commune argumentum est et
 rhetori & dialectico. hic intra fines propositi ne-
 gocij uelis paulum contractioribus nauigat, ille e-
 uagatur liberius: huius ad docendum, illius ad mo-
 nendum est accommodata oratio: quem in modum
 fertur Zeno, quicumq; is fuit, cum dialectica rheto-
 ricam contulisse. Proinde dialectica primum tra-
 denda sunt, in quibus iudicium artis, et *τῆς μεθόδου*
 fines, inuentionis loci, argumentorum figure, col-
 locandi ratio facilius cernitur. Est enim dialectica,
 cuiusq;

cuiusque thematis propositi exacta et artificiosa
 peruestigatio. ut si de officio dicendum sit, exigit
 ars, ut primum finitione declares officium. deinde
 subijctas partes: quas si inter se cōpares, erūt que-
 dam officio affinita, quaedam contraria. Quo exem-
 plo, si quicquid omnino inciderit agēdum, tractes,
 dialectici munere fungēris. Fuit hæc quondā exer-
 cendæ iuuentæ consuetudo. unde sunt adhuc in no-
 stris scholis congressus illi, quos disputationes uo-
 cant. Tum si iecerit fundamenta *Maximæ* *Ulpus*,
 omnino ad communes causas perducendum adole-
 scentem censeo. In his locos cōmunes uitiorum, uir-
 tutum, fortunæ, mortis, diuitiarum, literarū, et si-
 miles exerceat. Quo futurum est, ut animū ad sum-
 mas disciplinas instructum efferat: de aliorum scri-
 ptis non improbè iudicet, ipse commentari noua
 possit. Ad hoc plurimū cōducet, formas locorum
 cōmuniū diligenter notatas in manibus habere, ut
 si quam sententiā, si quod adagiū, si quod *Maximæ*
Ulpus dignum quod in Tabulas referatur, exceperis,
 suo recōdas loco. Accedūt fabulæ, quæ ut plurimū
 possint, allegoriæ præstant: cuius generis Plato, et
 qui ad illum proximè accedunt, artifices sunt. An
 potuit explicari Homericū moly prudētius, quàm
 est à Maximo Tyrio expositum? Et uides quantus
 in Silenis Alcibiadæ sit Erasimus. Ut in alijs admi-
 rādus, sic ea declamatione, nescio quo modo seipso
 mihi

mihi maior uidetur, ac planè γυναικίους τῆς αἰδώς,
 & ut Sophocles ait, Δειδὸν μέγιστον referre. Inte-
 rim è manib. tuis ut excedat Erasmi de Copia, Chi-
 liades adagiorum, ne committe. Dici non potest,
 quàm ijs operam sis locaturus utilem. In hoc studio
 rum ueluti campo qui iuuentam exercuerit, uiriū
 sanè multum ad sublimia feret. Organon dialectica
 ministrabit, ut si qua inciderint fortè, habeat ceu
 syluam orationis, & artificium, quo argumenta
 rectè dispēsēt. Augebit splēdore rhetorica, quæ om-
 nium sibi artium ornamenta asserit. Atq; ex his est
 demonstratio, quam in dialecticis docet Aristote-
 les: id est, euidens & ordinata rei cuiusq; exposi-
 tio: unde omnium argumentorū riuus ut è fonte du-
 cuntur, amplissima differendi materia. In hoc Ari-
 stotelis dialectica debebant legi, in hoc à Cicerone
 multa, multa à Fabio scripta sunt, quæ partim im-
 peritia nostrorum hominum iacent neglecta, par-
 tim in doctis commentarijs obscurata sic discuntur,
 ut præstiterit ea non attigisse. Sed hæc ego for-
 tasse longius. Quanquam ita sit conditio rei, ut nisi
 obtundas & frangas hoc hominum uulgus, nihil
 agas. Ego uerò de rhetoricis pauca, neque per o-
 cium, ob hoc potissimum scribo, ut doceam qui sit
 dialecticæ usus, nec probari mihi ulla ex parte no-
 stri seculi commētarios: tum si qui recta uia literas
 aggredi uolent, ad rhetorū præcepta statim se con-
 ferant,

ferant, nihil in ullo genere studiorum promoturi, nisi hæc meditata teneant. Tu quoq; è re tua feceris Bernardæ, si è nostro consilio studia comparaueris tua. Vale, Vuitembæ in Saxonibus, mense Ianuario, Anno 1519.

Amico cuidam.

Intellexi te uxorem duxisse: quòd si ita est, precor ut consilium tuum Christus fortunet: quandoquidem ipsius auctoritatè in eo uite genere ingrediendo, maximo cum periculo sequi uideris. Neque uerò duxi, te aduersus iniqua hominũ iudicia mea ratione cõfirmatum esse. Non enim dubito quin & prospexeris antea, quæ dimicationes, quæ tēpestates subeunde essent in hac causa: nisi contra omnes casus atq; impetus non solum ratione, sed etiam pietate muneris prospexeris. Quod cum ita sit, nolui de hac re scribere longius. Tantum illud duxi admonendum esse, quòd ad consolationẽ, meo quidem iudicio, non est inutile. Tuum exemplum ad alios bonos uiros in causa optima confirmandos plurimos ualebit. Atque inter cæteras causas quæ te bene sperare iubent, hæc quoq; cogites: quòd aliqua ex parte ad publicum Ecclesiæ exemplum pertinet. Quare & gratius Deo iudicandum est, & diuinitus singulari clementia defendetur. Bene uale.

Amico